

3301. Il destino del figlio di Creso

Regi Croeso, per somnum, numina praematuram filii mortem et hastam mortis causam indicaverant. | Rex igitur, valde perterritus, servis imperaverat **ut** omnia arma e filii conclavi asportaret, | et omni modo curaverat **ne** filius proeliis aut certaminibus interesset (da intersum). | Sed **cum** paulo post aper ingenti magnitudine Lydiae agros vastaret, | cives regem rogaverunt **ut** eius filius **cum** reliquis adulescentulis terram belua liberaret. || Rex primum civium precibus repugnavit. | **Tunc** filius: «Hasta aliquando, **ut** dei tibi per somnum nuntiaverunt, mortis meae causa erit; sed quomodo aper hasta me necabit?». | Croesus iam non repugnavit, sed filii vitam hospiti Adrasto commendavit. | Adrastus autem in venatu **cum** hastam torsisset non aprum, sed regis filium occidit | et proxima nocte mortem sibi ipse conscivit. (115)

A individua, di ciascuno dei termini evidenziati, il valore grammaticale (es. congiunzione, avverbio, preposizione) ed eventualmente sintattico (introduce una proposizione finale, consecutiva, cum narrativo ecc.)

B sottolinea i congiuntivi presenti nel brano

correttezza morfo-sintattica

1	2	3	4	5	6	7	8	9	10	A	B	/16
						2				4		

comprensione generale

resa in italiano

nome e cognome classe 2C data 29/5/2006

3302. Coriolano

Romani Caium Marcium, **cum** Volscos aspero proelio vicisset eorumque oppidum expugnasset, Coriolanum cognominaverunt. | Sed **mox**, **cum** plebi ob superbiam invisus esset, Coriolanus Romam reliquit et ad Volscos confugit. | Tum **cum** Volscorum copiis longum et cruentum bellum contra Romanos gessit: | saepe eos vicit et fugavit, ac postremo Romam ipsam oppugnatione clausit. | Frustra senatus legatos ad eum misit et veniam per eos petivit. | **Iam** Romani animo defecerant, sed postremo Veturia mater et Volumnia uxor, **cum** ad castra Volscorum venissent, eius animum multis lacrimis commoverunt. | **Tum** Coriolanus Romam obsidere destitit et ab urbe recessit | sed, **cum** in Volscorum invidiam incidisset, morte multatus est. (100)

A individua, di ciascuno dei termini evidenziati, il valore grammaticale (es. congiunzione, avverbio, preposizione) ed eventualmente sintattico (introduce una proposizione finale, consecutiva, cum narrativo ecc.)

B sottolinea i congiuntivi presenti nel brano

correttezza morfo-sintattica

1	2	3	4	5	6	7	8	A	B
2	2				2			4	1

/16

comprensione generale

resa in italiano

nome e cognome

classe 2C data 29/5/2006

3303. La disciplina romana

A consulibus edictum erat **ne** milites contra hostes extra ordinem pugnarent. | Forte T. Manlius **cum** comitibus castris excessit et omnia loca circum exploravit. | **Cum** autem ad hostium castra accessisset, a praefectu equitum agnitus et ad singulare certamen laccessitus est. | Dedecus erat **tum** pugnam detrectare; itaque Manlius, consulum edicti immemor, **cum** hoste manus conseruit eumque obruncavit. | Adulescens victor **cum** commilitonibus ad castra remeavit; | **cum** autem pater de eventu certior factus esset (certior factus: informato), extemplo contionem militum advocavit | et coram omnibus: «Tu quidem,» inquit, «T. Manli, **cum** contra hostem consulum iniussu pugnaveris, poenam peccati morte luere debes. | Triste quidem exemplum, sed valde utile et salubre in posterum erimus». | Mox lictor consulis nutu adulescentem securi percussit. (122)

A individua, di ciascuno dei termini evidenziati, il valore grammaticale (es. congiunzione, avverbio, preposizione) ed eventualmente sintattico (introduce una proposizione finale, consecutiva, cum narrativo ecc.)

B sottolinea i congiuntivi presenti nel brano

correttezza morfo-sintattica

1	2	3	4	5	6	7	8	9	A	B
						2			4	1

/15

comprensione generale

resa in italiano

nome e cognome classe 2C data 29/5/2006

3307. Gli Ateniesi scacciano i Persiani dalla Grecia

Cum Iones, qui maritimas Asiae oras incolebant, a Persis defecissent et auxilium contra eos a Graecis petivissent, | Athenienses viginti naves auxilio (in aiuto) miserunt, Eretrienses quinque. | Sed Dareus, Persarum rex Iones imperio suo rursus subegit. | Tunc, **cum** ingentem classem paravisset, ad Graeciam misit **ut** Athenienses et Eretrienses puniret. | Huic classi Datis atque Artaphernes praeerant (erano a capo, con il dat.), | qui **cum** ad Euboeam insulam appulissent (da appello, is), statim Eretriam oppugnare inceperunt. | Per sex dies Eretrienses fortissime restiterunt, septimo autem die Persae victores, **cum** urbem occupavissent, funditus everterunt (la rasero al suolo). | **Tum** Hippias, exsul Athenis, Persis persuasit | **ut** ad Atticae oram navigarent Athenasque oppugnarent. | **Tandem** Athenienses victores evaserunt et barbaros ex Graecia expulerunt. (124)

A individua, di ciascuno dei termini evidenziati, il valore grammaticale (es. congiunzione, avverbio, preposizione) ed eventualmente sintattico (introduce una proposizione finale, consecutiva, cum narrativo ecc.)

B sottolinea i congiuntivi presenti nel brano

correttezza morfo-sintattica

1	2	3	4	5	6	7	8	9	10	A	B	/16
			2							4		

comprensione generale

resa in italiano

nome e cognome classe 2C data 29/5/2006

33X. Niobe

[versione per il recupero del debito: *presuppone la conoscenza di tutte e 5 le declinazioni, della proposizione finale e consecutiva, del cum narrativo.*]

Nioba non solum propter genus et formam maritique potentiam superbissima erat, sed etiam propter magnum liberorum numerum: | septem enim filios totidemque filias habebat. | Superbia autem ei plurimum obfuit liberisque (compl. di svantaggio) causa pernicei fuit. | Nam **cum** olim Thebanorum sacerdotes et mulieres Latonae, Apollinis et Dianae matri, sacra pararent, | Nioba eas arroganter vituperavit: | «Cur», inquit, «duorum tantum liberorum matri immolatis? Mihi quattuordecim liberi sunt; | ego quoque genere divino sum: cur igitur non mihi immolatis?». | **Cum** his verbis Latonae iram excitavisset, dea liberos oravit **ut** contumeliam vindicarent. | **Itaque** Apollo et Diana omnes Niobae liberos sagittis necaverunt; | dolor autem miseram matrem in saxum mutavit. (111)

A individua, di ciascuno dei termini evidenziati, il valore grammaticale (es. congiunzione, avverbio, preposizione) ed eventualmente sintattico (introduce una proposizione finale, consecutiva, cum narrativo ecc.)

B sottolinea i congiuntivi presenti nel brano

correttezza morfo-sintattica

1	2	3	4	5	6	7	8	9	10	A	B	/13
										2		

comprensione generale

resa in italiano

nome e cognome classe 2C data xxxxxxxxxxx

33Y. La leggenda di Arione
[versione di prova]

Arion clarissimus poeta et cantor fuit, qui Corinthi apud tyrannum Periandrum multos annos vixit. | **Cum** autem Methymnam, in patriam, remeare statuisset et iam in navem ascenderet, | tyrannus eum muneribus et divitiis explevit. | Quae (acc. pl. neutro) **cum** vidissent nautae illius navis, qua (per mezzo della quale) poeta in patriam navigabat, avaritia moti (mossi dall'avidità), | contra eum coniuraverunt **ut** arriperent divitias. | **Cum** eos vidisset sicis armatos contra se procedentes, | Arion oravit **ut** sibi liceret postremum cantare priusquam e vita excederet. | Cum illi annuissent, Arion se in mare **ultra** proiecit. | Delphinus autem, qui circum navem natabat, eum dorso suscepit, | incolumemque Corinthum ad Periandrum reportavit. (111)

A individua, di ciascuno dei termini evidenziati, il valore grammaticale (es. congiunzione, avverbio, preposizione) ed eventualmente sintattico (introduce una proposizione finale, consecutiva, cum narrativo ecc.)

B sottolinea i congiuntivi presenti nel brano

correttezza morfo-sintattica

1	2	3	4	5	6	7	8	9	10	A	B	/16
			2			2				3	1	

comprensione generale

resa in italiano

nome e cognome classe 2C data xxxxxxxxxxxx

versioni scartate

3304. Pisone e il servo

Cum eius servi nimis garruli procacesque essent, M. Piso praeceperat eis ut taciti sibi adessent, nec quicquam sua sponte dicerent, sed tantum ad rogata responderent. Olim servum ad P. Clodium misit ut eum ad cenam cum aliis convivis invitaret; servus tamen, cum remeavisset, iuxta domini praeceptum nihil de Clodii responso renuntiavit. Cum autem hora cenae advenisset nec quisquam praeter Clodium abesset, Piso eundem servum iterum atque iterum misit rogatum Clodium, ut advenire properaret. Denique, cum usque ad multam noctem frustra expectavisset et iam de Clodii adventu desperaret, servo admodum iratus: «Serve improbe,» inquit, «invitavistine Clodium?» «Equidem invitavi». «Cur igitur abest?» «Quia convivium renuit». «Clodius convivium meum renuit?» «Ita est ut dicis, domine: Clodius convivium renuit». «At quare mihi hoc fecit?» «Quia febris laborabat». «Cur igitur, furcifer, hoc mihi statim non dixisti?» «Quia me de hac re non interrogavisti».

3306. I grandi re.

Ex Macedonum gente duo multo ceteros antecesserunt rerum gestarum gloria: Philippus, Amyntae filius, et Alexander Magnus. Horum alter Babylone morbo consumptus est, Philippus Aegiis (a Ege) a Pausania, cum spectatum (a vedere) ludos veniret, iuxta theatrum occisus est. Unus Epirotes, Pyrrhus, cum Argos oppidum oppugnaret in Peloponneso, lapide ictus decessit. Unus item Siculus, Dionysius prior (il vecchio), et manu fortis et belli peritus fuit et, id quod in tyranno non facile reperitur, minime libidinosus, non luxuriosus, non avarus, nullius denique rei cupidus nisi singularis perpetuique imperii, ob eamque rem crudelis: nam cum id studeret munire, nullius pepercit vitae, quem eius insidiatorem putaret. Hic cum virtute tyrannidem sibi peperisset, magna retinuit felicitate: maior enim annos sexaginta natus (a sessanta anni) decessit cum regnum maxime floreret. Neque in tam multis annis cuiusquam ex sua stirpe funus vidit, cum ex tribus uxoribus liberos procreasset eique multi ex his provenissent nepotes